

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro, D. Georgio Bucholtzero, amico & fratri suo charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Ruiheno. Nunc illum accusatōrē Ianizari depositū  
ad suppliciū. Hęc ad me scripserūt homines digni  
de, ex Pānonia. Bene ualete. Die 17 Februario, 1554.

Philippus Melanchthon.

Reuerendo uiro, D. Georgio Bucholt-  
zero, amico & fratri suo cha-  
rissimo,

S. D. Reuerende uir & amice charissime. Ut  
Lazaro canicula cruciatus leniūt: ita misericōdias  
dotibus & scholasticis aliqui tenues priuatissimis officiis  
openi serunt. Facis igitur pie, quod complecte-  
ris Ioannem N.N. Boticherū Rupinensem, qui istic  
docet adolescentiā: qui quidem tua beneficia grata  
commemoratione prædicat. Spero eius labores Ec-  
clesiae profuturos esse. Scripti de eo ad senatum Per-  
lebergensem. Te autem oro, ut addas tuam commi-  
cationem. Mitto tibi pagellas, quarum lectionem ti  
bi non insuauem fore arbitror. Potes & illuſtriſi-  
mo Principi exemplum tradere. Fuimus Naobur-  
gi, ut de cōtrouersia Prusiaca colloqueremur cū  
Tubingensibus. Et audieram uestros quoq; cōueni-  
turos esse: sed nemo uenit, præter Hessicos. Disce-  
ſimus sine ulla diſſenſione, Dei beneficio. Nec uene-  
runt cō Tubingenses. Bene ualete. Die 9 Iunij: quo  
die natus est Alexander Macedo, ante mille non-  
gentos & septem annos. 1554.

Philippus Melanchthon.  
Eximia